



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

222. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. III
& ibi structuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam
pertinent ibidem collocaverit, & mulierum
frequentationem inibi fieri permiserit, vel,
quod turpius est, tales mulieres ibidem ha-
buerit quæ lanificium suum exerceant & cu-
ram domus agant, & in eodem Presbyter fre-
quenter veniens manserit. Contra decreta ca-
nonum hoc malum agitur. Quia sicut nec suo
ita nec alieno nomine Presbyter fœnus exer-
cere debet, multò minus fraudem facere de fa-
cultatibus ecclesiasticis: quoniam hoc sacrile-
gium est, & par crimen Judæ furis, qui sacras
oblationes asportabat & furabatur.

De usuris. *Ex canone Apostolorum.*

CCXXI. Episcopus, Presbyter, aut
Diaconus usuras à debitорibus exigens, aut
desinat, aut certè damnetur.

Canon. Apo-
stolor. c. 44.
Burchard. lib.
z. c. 119.

De eadem re. *Ex Concilio Niceno.*

CCXXII. Quoniam multi sub regula
constituti avaritiam & turpia lucra sectantur,
obliti que scripturæ dicentis *Qui pecuniam*
suam non dedit ad usuram &c. mutuum dantes,
centesimas exigunt, justè censuit sancta sy-
nodus ut si quis inventus fuerit usuras acci-
piens aut hemiola, id est, fescupla exigens,
vel aliquid tale prorsus excogitans, turpis lu-
cigratia deiciatur à clero, & alienus existat à
regula.

Concil. Ni-
cen. c. 17.
Burchard. lib.
z. c. 120.

De eadem re. *Ex Concilio Laodicensi.*

CCXXIII. Quod non oporteat sacerdo-
tes & Clericos fœnerantes usuras, vel quæ
Concil. Laod.
dic. c. 5.